









1739.

1. Adolphus, Christianus Michael : De affectu mirachiali.
2. Baenius, I. Gorpelius : De successione baptizatorum post nuptias exsule in fædus.
3. Grappis, Historicus Novicus : De missilibus.
4. Hommel, Ferdinand August : De vocali et rationes legum ignorare? Programma, quo ad orationem inspiratus invitatur.
5. Kaestner, Abraham : Ab spurio ex bonis patris deponiti sextantem petere posse? Programma, quo collegia sua auctorita intimatur.
6. Kaestner, Abraham : Anatonus uxor maritum relegatum sequi tenetur? Programma, quo colliguntur sua hygromalia in die.
7. Kaestner, Abraham : De homine ligio . . .
8. Kaestner, Abraham : De Pandemio . . . decern ad casum non expendendo.



1754.

9. Naesmerus Abrahamus : De armi braccariis : omne  
quod solo in aedificatur solo edicit
10. Rappuis, James Erhartus : De amica equestri  
Pannorum Transvectione et de coronatione recognoscione  
den censura.
11. Koenigk, Ioseph Christianus, fac. jas. pro cancellaria :  
Programma, quo promotionem Doctoralem Gustavi Nauvii  
Mylii induit.
12. Krugel, Abrahamus : De spongiarum apud veteres  
usn.
13. Luey, James : De harmonia juris naturalis et crimi-  
nalis in doctrina de imputacione criminis  
attentati.
14. Mercarius, Fr. Jacobus : De legitima electione  
et coronatione potentissimi Poloniarum regis  
Augusti III.

1734.

15. Mylius, Gustavus Hns: De anticipatione atque  
derum

16<sup>o</sup> Mylius, Gustavus Hns: De iure maris et pacis  
amputacionis et re scapulationis magi:  
2 Simpl.

17. Riekenberg, Carolus Hls: Programma quo... ad  
ordinationem auspicalem invitat.

18 Riekenberg, Carolus Hls: Colligii ictorum processu  
cellarum: Programma, quo ad istud iuris auspicalia  
Universitatis Henrici Graffii invitatur.

19. Riekenberg, Carolus Hls: De statutorum Cognoscendis  
et iuriis Romanis ac Savoniensi differentia.

20. Riviarius, Joannes Florus, jas. iur. procuracellarius  
Programma, quo istud iuris doctoralia Christiani Thielis  
Vinhaldii ... invitatur.

21. Rotius, Joannes Florus: De servitate necessaria.

1734.

22. Romanus, Carolus Historicus fac. ius procuratella-  
riis : Programma, quo salenia inaugoralia  
Georgii Gottlobii Vogel indicit.

23. Schachet, Polycarpus Vogel, fac. med. procuratellarius  
Programma, quo pauegyrin medicam Christophae  
Bryg. Simbleri indicit.

24. Schmidtius, Christianus Gustavus : Testimonia in men-  
tis captam communio. 2 Smpl.

25. Stegner, Christianus : De principiis incestarum  
matriarum apud gentiles auctoribus. Oratio

26. Hultz, Christianus Lebrecht : De patre aboato liberis  
cita consensum paternum aliandi dogentes  
frustra evocante simulque lectiones suas indi-  
cit.

27. Thomarius, Tranquill : An omnia delicta puniantur?

28. Thomarius, Tranquill : An duorum Indorum testimoni-  
um contra Christianum plene probet? 2 Smpl

29. Nikolai, Christianus Gottlieb : De favore iuriis circa  
mortem contrahendi sponsalia.

290  
1734, 2 b

DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
**SUCCESSIONE**  
**LEGITIMATORVM**

PER NVPTIAS  
**EXSVLE IN FEVDIS**

QVAM CONSENSV  
**MAGNIFICI ICTORVM LIPSIENSIVM**  
ORDINIS

PRAE S I D E  
**DN. D. IO. GODOFREDO BAVERO, ICto**  
PVBlico ERVDITORVM EXAMINI

D. XVII. SEPTEMBR. CIOI9CCXXXIV.

S V B M I T T I T  
A V C T O R  
**IOANNES LAVENTIVS HOLDERRIEDER**  
LEVCOPE TREN SIS.

---

LIPSIAE  
RECUSA LITTERIS LANGENHEMIIS.  
1768.

SAECULATIONE  
IN TERRITORIIS

DIODORUS SICULUS LIBERUS  
HISTORIARUM LIBERUS  
CARTAGINENSIS  
PRAEFATI  
DIOGENES STRABONI  
AVARIA  
JOANNES TITIANUS HISTORIARUM  
CARTAGINENSIS

V I R O  
S V M M E R E V E R E N D O  
D O M I N O  
**IOANNI LAVENTIO**  
**HOLDERRIEDER**

HAEREDITARIO IN STORCKAV  
DISTRICTVS WEISSENFELSENSIS  
SERENISSIMO DVCI SAXONIAE ETC ETC.  
A CONSILIIS SENATVS ECCLESIASTICI IN  
PRINCIPATV QVERFVRTensi ET DIAONO  
ECCLESIAE LEVCOPETRENSIS  
MERITISSIMO

P A R E N T I   N O B I L I S S I M I  
R E S P O N D E N T I S   O P T I M O

S. P. D.

P R A E S E S.



Y I J O

S A M M E R T A U G L I C H D O

D O M I N O

O A N N I L A V A R E N T I O

H O F D E R R I H D E R

H A E R D P I C T A R I O M I S T O R C A V A

D I S T R I C T A S W E R S E R H E R Z E N S I

G E R M A N I S C H I O D A C S Y X O N I A E E T C R E

G O N H I C H E S Y N T A S R O C C I L A V A N D O

G U I N G E R T A S Q U R V A R T I S I A T A H A V D O N O

T E C C T R I S I E T I V A C O T A T R A S I S I

M P R I T A S I O

P A R E N T I I N O R I I S I M I

R I S P O N S I S T A S O L T I S I

B E D

P R A F S R Z



**A**blegasti ad scholas nostras filium optimae indolis, in quo TVAM viderimus effigiem, gentis TVAE ornatum, spem TVAM unicam, pariter ac patriae certissimam. Eum vero prope diem Academiae nostrae valedictorum TIBI, VIR SVMME REVERENDE, nunc reddo. Quam maxime laudandi sunt iuuenes bene morati, ut commendatione nostra se iuuari intelligent. Iam is, quem in cathedram comitamus, praedicatione nostra non indiget. Testatur hic dies, quanta industria academi-

cos

cos transegerit annos, quos ei, indulgentissime Pa-  
ter, largitus es. Testantur, quibus Eum penitus  
inspicere datum fuit, quam commendabilis ipse a  
morum elegantia. Testor & ego, cuius lectioni-  
bus priuatim & intra sanctiores cancellos tantam  
dedit operam, ut vix horae meminerim, qua ab-  
fuerit. Miratus sum viuum ingenium, eius-  
que subactum iudicium. Nobile feudum ipsi ad-  
quisivisti. En militem tanto beneficio dignissi-  
mum! Hoc denuo mereri videtur, defendendo  
disputationem proprio Marte elaboratam. Gra-  
tulor **TIBI, VIR SVMME REVE-**  
**RENDE**, de hoc filio. Nuncupo pia vota pro  
**TE TVAQVE** gente vniuersa. Ita enim vi-  
debis filium **TVVM**, quod auguror, patriae emo-  
lumentum, familiaeque solatum. **Vale,**  
**mihique faue.**





Pa.  
ius  
e a  
ni-  
am  
ab-  
us.  
ad-  
ff-  
do  
ra-  
E-  
ro  
vi-  
10-  
  
DISSERTATIO  
DE  
SVCCESSIONE LEGITIMATORVM  
PER NVPTIAS EXSVLE  
IN FEVDIS.

§. I.

**I**audandi sunt mores, quibus maiores nostri studium ve-  
profano cultui dediti, vii sunt in coniu-  
terum Germana-  
giis sobrie ac prudenter in eundis & adfeci-  
tum quacren-  
connubiali publice declarando, quos referunt  
di sobolem.  
TACITVS de M. G. Cap. XVIII. intersunt, inquit, paren-  
tes et propinqui, ac munera probant; munera, non ad de-  
licias muliebres quaesita, nec quibus noua nupta comatur,  
sed boves & frenatum equum, & scutum cum framea gla-  
dioque. In haec munera vxor accipitur. Atque inuicem  
ipsa armorum aliquid viro adfert. Hoc maximum vinculum,  
haec arcana sacra, hos coniugales deos arbitrantur. Ne se  
mulier extra virtutum cogitationes extraque bellorum casus  
emp

A 2

putet,

## 4 DE SVCCESIONE LEGITIMATORVM

putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in praelio passuram ausuramque. Hoc iuncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denunciant. Quae solemnis nouorum coniugum inauguratio, sicuti ob credita arcana sacra, ita quoque ob id adhibita fuisse videatur, quo de liberorum procreandorum ingenuis facilius constaret natalibus. Vt cumque enim sobolis illegitima procreationem istis temporibus raram dixeris: fuit tamen; quum neque adulteria cessauerint, testante TACITO c. XIX. Quare non habet, cur dubitet DITHMAR in not. p. 124. caussam consuetudinis, qua Germani pariter ac aliae gentes, infantes recens natos clypeo impositos fluminibus immergere solebant, illam allegare, quod Germani explorare voluerint, an proles ex legitimo sit nata matrimonio. Notatu digna sunt, quae IULIANVS Caesar in epistola ad MAXIMVM refert: Certe, inquit, *Celtis iniuriam nullam facit Rhe-nus; qui spurios infantes vndis abripit, tamquam impuri lecti vindex.* Quos autem ex puro femine ortos adgnouit, hos in summa aqua suspendit, marrisque trementis manibus reddit & quasi verum incorruptumque casti & laudabilis coniugii testimonium, seruato infante, persoluit. Adsumt aliorum testimonia a CLVVERIO L. I. c. 21. p. 185. adducta. Quamuis vero huius rei a TACITO nulla fiat mentio: tamen nimium esse puto, ob id coniicere, IULIANVM hanc explorandae genuinae prolis caussam, magis ab ignaro aut mendace traditam, quam compertam habuisse, reliquosque auctores omnes IULIANVM sequutos, lecta magis, quam cognita prodidisse. Sicuti ergo istum morem immergendi infantes aquae frigidae, a Scythis Thracibus Germani, atque

que ab his reliqui Celtae, fatente DITHMARO *eod. loc.* acceperunt: ita quoque causam a Germanis Celtae accepisse merito creduntur. Et quo magis pudicitiae studuerunt Germani, eo magis ista infantum probatio ab ipsis frequentata videbitur, quae ipsa non poterat non efficere, ut rara apud ipsos adulteria essent. Quidquid id fuerit, manifestum esse arbitror, Germānos liberis ex legitimo matrimonio quaerendis maximopere studuisse, contra illegitimam prolem non minus odisse, ac publicatae pudicitiae, vel stupro vel adulterio intercedente, nulla fuit venia. TAC. c. XIX. ibique DITHMAR. add. BONIFAC. in epistola apud WERNER. ROLEVINCK de Antiquit. Saxon. T. III. Script. rerum Brunswic. p. 615. Quin immo, quum casta atque seuera ipsorum fuerint matrimonia, haec quoque ab incestus vizio, quem lumen rationis improbare solet, aliena fuisse, arguere licet cum CLVVERIO L. I. c. 20. p. 180. Conf. TAC. c. XVIII. & XX.

## §. II.

Concubinatus ipsis moribus non respondit, qui Vbi nulla conbus demum per Romanos corruptis, innotuit. Romani cubitatus & iustas nuptias ob seminarum tum lasciuiam, quum luxuriam aduersantes, neque tamen a libidine alieni, concubinatu adeo dediti fuerunt, ut & praemiis & poenis ad matrimonia contrahenda & rem publicam ingenuis ciuibus implendam, excitandi eumque in finem plures leges, maxime ab imperatore AVGVSTO lex Iulia de maritandis ordinibus & Papia Poppaea, ferendae essent. conf. S V E T O N. in Aug. c. XXXIV. DIO CASSIUS L. LVI. p. 578. GELL. L. II. c. 15. HEINECCIVS ad legem Iuliam & Papiam Poppaeam L. I. c. 2 & 3. Enimvero apud priscos Germanos & luxuria & lasciuia seminarum omni-

## 6 DE SVCCESIONE LEGITIMATORVM

no exsultauit, cf. F L O R. L. III. c. 3. masculi quoque singulis vxoribus contenti fuerunt, et eorum, qui ob nobilitatem pluribus nuptiis ambiebantur, interfuit plures uxores, non concubinas vxoribus, superinducere. TAC. d. c. XVIII. Quale quid de ARIOVISTO, qui duas uxores, alteram Sueam, alteram Noricam duxit, testatur C A E S A R de B. G. L. I. c. 53. Nullae educationis liberorum deliciae fuerunt, hinc studium legitimam euitandi prolem nullum; TAC. d. Cap. XVIII. & XX. nulla cum liberorum naturalium obseruatione obueniente.

### §. III.

*Germani pro-  
vincias Roma-  
nas occupan-  
tes concubina-  
tum a Roma-  
nis accep-  
runt.*

Quam morum simplicitatem illasam seruarunt Germani, donec, prouincias Romanas occupantes, mores Romanorum imitari didicerunt. Hoc facto concubinatus placuit: inde in scenam prodeunt liberi naturales. Id quod perspicue probant Capitularia Regum Franciae & Imperatorum Romanorum, in quibus vxoratis concubinatus a PIPINO, CAROLO M. LVDOVICO PIO & LOTHARIO interdictus legitur. BALVZ. T. I. p. 540. & 962. Adeoque tum non concubinatus solum altas iamiam radices egisse, verum etiam iis, qui uxores non habeant, adhuc permisus fuisse intelligitur. Conf. CONCILIVM TOLETANVM I. Can. XVII. p. 522. T. I. Conciliorum vniuers. LAURENTII SVRII ibi: *Is qui non habet uxorem & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur, tantum ut viuis mulieris, aut uxoris aut concubinae, ut ei placuerit, sit coniunctione contentus.* Quae lex Francis ignota non fuit, quia totidem verbis, ab Archiepiscopo Moguntiuo RHABANO MAVRO in litteris ad HERIWALDVM Antissiodori Episcopum datis apud REGIONEM de disciplina Ecclesiastica cap.

XXVIII.

*XXVIII. p. 512. ex edit. BALVZII* repetitur. Hinc in Germania concubinatus toleratus, potissimum clericis se commendauit, qui hoc pallio maxime nefandas omnis generis libidines exercuerunt, insimul efficienes, quo minus laicis ille penitus interdicendus videtur. *THOMAS. de concubin. §. 27.* vsque dum post reformationem per Ordinat. Polit. Augustan. Ao. *ciclo XXXIII.* & repetita vice, nec non saluberrimo consilio, per Ord. Pol. Francof. Ao. *ciclo XXXVII.* omnino abrogatus est.

## §. IV.

Ita quidem Germani Romanos imitati sunt, nec tamen acceptum a maioribus legitimae sibi solis studium tantopere deseruerunt, ac de Romanis obseruauimus. *Liberi naturales iure legis timorum gauij non sunt.* Nam sicuti alias morum tenaciores fuerunt, et si aliena admiserint instituta: ita mos iste, quo aliorum contemtui obnoxii fuerunt, qui legitimas nuptias omittebant, diu floruit atque effecit, quo iura singularia Hagestolziorum, qui vocantur, etiamnum usu sint seruata, conf. *BEYER de Iur. Germ. L. II. c. 12.* licet contemptus iste hodie cesset. Sane pristinus honor fauor que nupciarum sacrarum eo minus ad concubinatum proferri potuit, quo minus ipsos Romanorum mores id suassisse intelligis. Quare non attinet dicere, tantum abest ut probare sit necesse, quod nullo tempore liberi naturales germanorum integritate natalium sint galvsi. Etsi enim, qui ex concubinatu ad vitandam vagam libidinem inito suscepit, adhuc post dimidium saeculi decimi sexti nec pro infamibus nec pro vilibus habiti, quin ad nuptias feminarum nobilium aliquando admissi sunt, veluti exemplum filii naturalis a comite Isenburgensi oriundi allegat *THOMASIUS cit.*

DijP.

## 8 DE SVCCESIONE LEGITIMATORVM

*Disp. §. 20. 21.* semper tamen inter matrimonium & concubinatum seruata est differentia, quod ex ipsis, quae supra adduximus, Capitularibus discimus, apud BALVIZIVM Tom. I. p. 1039. Lib. XII. c. 59. aliud est *vxor*, aliud *concubina* &c. Non est dubium eam non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium. Quum ergo liberi naturales patriae dignitatis participes non fuerint, quam ob caussam GREGORIVS VII. Papa in epistola tertia ad GUILIELMVM comitem Picauensem Lib. II. Ex hoc, inquit, nobilitas generis valde corrumpitur, quum proles non de legitima coniugii permixtione generatur, comites Wetterauiae correspondentes, in litteris imperatoriae manifesti supplicibus oblatis et a THOMASIO loc. cit. adducitis, merito contradixerunt, postquam filius iste Isenburgensis comitis praedicationem adfectauit, quem ad modum per rescriptum imperatoris RUDOLFI II. sub dato Pragae die 9. Nouembr. 1609. id ipsi interdictum esse probat VFFENBACH de Consil. aul. Cap. X. Sect. I. p. 84. sqq.

## §. V.

*Exempla contraria removentur.* Non praeiudicant exempla illustria filiorum naturallium, qui ad dignitatem & bona patria peruenisse dicuntur. Prouocari solet ad CAROLVM MARTELLEM, quem PIPINVS ex Alpaide genuit, successorem suum in dignitate Maioris domus; porro ad ARNOLPHVM, CAROLOMANNO, LUDOVICI GERMANICI filio, ex concubina natum, regem Germaniae & imperatorem factum. Enim vero, licet regum & magnorum principum liberi naturales a patribus agniti, id praecepui habeant, ne sint ignobiles: nec tamen adseri potest, successionem in dignitatem & bona partum,

trum, ipsis perinde ac liberis legitimis competuisse, vel etiamnum competere. Vulgo adseritur, CAROLVM MARTELLVM fuisse filium naturalem PIPINI HAHN. Reichs- und Råyser-Historie, Tom. I. c. I. §. 3. sed neque hoc expeditum esse crediderim. Quamuis enim non diffirear, PIPINVM, quum legitimam coniugem Plectrudem haberet, matrem CAROLI Alpaim superinduxisse: mihi tamen probabilius videtur, quod haec non ut concubina, sed ut legitima vxor superinducta fuerit. Sane CONTINVATOR FREDERICI Cap. X. p. 155. ipsam vxorem vocat. *Pipinus*, dicit, *aliam duxit vxorem nobilem & elegantem, nomine Alpheidam, ex qua genuit filium, vocavitque nomen eius lingua propria Carolum.* Vbi arguere non possumus, quod vocabulum *vxor* pro *concubina* usurpatum sit, praesertim, quia Alpais nobilis femina vocatur. Clerum huic coniugio aduersatum esse, testatur LEHMANN. Chron. Spir. Lib. III. c. 19. seq. idque iure factum, quia polygamia principiis religionis christianae contrariatur. His vero Maiores domus veteris Franciae nondum locum reliquerant, ob inueteratam consuetudinem, qua prisci Germani, ob nobilitatem, plures contrahere solebant nuptias, quae tum quidem nondum extirpata erat, quia sequioribus temporibus concubinatus vxoratis adhuc prohibitus est. Deinde dignitas Maioris domus ad Carolum non iure nativitatis, sed ob merita deuoluta est. AVCTOR VITAE S. RIGOBERTI REMENSIS Cap. II. §. 10. p. 176. T. I. Mens. Ianuarii Að. 55. Adeoque hoc exemplum ne quidem exceptionem a regula constituit, tantum abest ut eam destruat. ARNOLPHVS omnino CAROLOMANNI filius naturalis fuit, quod contra IOANN.

B

STVMPFF.

## 10 DE SVCCESIONE LEGITIMATORVM

STVMPPE. Lib. III. Chron. Helvet. Cap. XLVII.  
 p. 227. satis probatur ex ANNAL. METENS. ad a.  
 880. & REGINONE Lib. II. Chron. ad d. a. p. 58.  
 ibi: Carolomanno ex legitimo matrimonio non est nata so-  
 boles, propter infecunditatem coniugis, sed ex quadam  
 nobili femina filium elegantissimae spei suscepit, quem Ar-  
 nolphum nominari iussit. Verum tamen patri suo haut  
 succedit, sed a patruis, LUDOVICO & CAROLO  
 CRASSO, ob natalium defectum exclusus, non, nisi du-  
 catum Carentani cum castro Mosebuk accepit, OT-  
 TO FRISINGENS. Lib. VI. Chron. c. VII. p. 122. illo  
 in regno Germaniae, hoc vero in regno Italiae & impe-  
 rio succedentibus, donec post LUDOVICI mortem  
 & regno Germaniae ad CAROLVM CRASSVM iam de-  
 uoluto, beneficio procerum Germaniae & maximo moli-  
 mine HILDEGARDAE, LUDOVICI regis patrui sui  
 filiae, deiecto CAROLO, rex Germaniae factus, ANNAL.  
 FULDENS. ad annum 882. & 888. HERMANN.  
 CONTRACT. ad a. 895. p. 329. tandemque post mor-  
 tem CAROLI CRASSI, BERENGARIO cum  
 GVIDONE de imperio certantibus, atque BEREN-  
 GARIO cum GVIDONIS filio LAMBERTO de  
 regno Italiae transigente, imperatoris fastigium iure belli  
 adquisiuit. ANNAL. FULDENS. ad a. 895. Vnde,  
 quae huic vi armorum & procerum electionis contigit  
 felicitas, non probat, quod ad filios regum & impera-  
 torum naturales aliquando successio in dignitate &  
 bonis patriis perinde, ac ad filios integrorum natalium,  
 pertinuerit. Quare, licet me iudice, natalium defectus  
 vera causa non fuerit, ob quam OTTO MAGNVS,  
 fratrem DANCMARVM ex matre moniali, excludens  
 comitatum SIGFRIDI post huius mortem GERONI

con-

concessit, vti quidem CRANZ-Saxon. lib. IV. c. XIV. opinari videtur, vel saltem opinatus esse creditur SCHILTERO I. F. A. Cap. XL. §. I. vtique tamen verum est, quod & regum liberi naturales deteriori conditione, nec pari cum legitimis iure vni fuerint. Quod CAROLVS M. perpendens testamenta facere instituit, quibus liberos ex parte sibi heredes ficeret, EGINHARTO teste Cap. 33.

§. VI.

Immo Germani antiquae consuetudinis adeo tenaces fuere, vt patris dignitatem ne ad liberos quidem peruenire sinerent, nisi quoque matris dignitas accederet, etiam reliqua matrimonii sacra salua essent. Et enim coniugia inaequalia, quae vocabulo inferioris aequi disparagia, vel disparagata, germ: Misheyratheren & gallice, Mesaillances, adpellata, acri semper prosequuti sunt odio, rati, non vulgandos esse procerum & plebis concubitus, quo & imperantes et parentes in officiis suis magis continerentur, nec viliores, quarendo adfinitates illustres, animum supra fortunam gererent, aut maiores ad inferiora descendentes subsellia, in contemnum adducerentur. Sicut ergo apud priscos Germanos, sanctum aliquid et prouidum feminis inesse putantes, nec aut consilia earum adsperrantes, aut responsa negligentes TAC. c. VIII. non poterat non moris esse, vt pares matrimonio iungerentur ID. cap. XX. ita subsequuto tempore matrimonio extra ordinem inita legibus ac poenis admodum grauibus prohibita sunt. Veteres Saxones, generis et nobilitatis suae prouidissimam curam habentes, nec facile vllis aliarum gentium vel sibi inferiorum connubiis infecti, propriam & sinceram tantumque sibi similem gentem facere conati, statuerunt,

runt, quod nemo in copulandis coniugii propriae sortis terminos transferre, sed nobilis nobilem vxorem, liber liberam, libertus libertam et seruus ancillam ducere, is vero, qui sibi non congruentem et genere praestantiorum duxerit vxorem, cum vitae suae damno compонere deberet. Testis est ADAMVS BREMENSIS in *Histor. Eccles. Lib. I. c. 5.* Et licet in lege Saxonum antiqua de hoc rigore nihil proditum, aliis grauissimis delictis vero, poenas sat leues dictatas videoas: agitur tamen in *Tit. XVIII.* de Liti coniugio, vbi Lito regis permititur vxorem emere, ubicumque voluerit. Hinc necesse est, aliorum licentiam vxores pro lubitu emendi, fuisse circumscriptam. Id quod lex, tamquam rem per se in vulgus notam, silentio praeteriit, ut solide conciicit clariss. GAERTNER ad dictam legem p. 109. Quare nihil prohibet, quo minus id suppleas ex dicto ADAMI BREMENSIS loco. Qui EGINHARTVM sequutus eo maiorem meretur fidem, quo magis aliorum Germaniae populorum leges conspirant. Sic porro constitutum est in lege Burgundionum *Tit. XXXV. §. 2.* Si vero ingenua puella voluntarie se seruo coniunxerit, utrumque iubemus occidi. *§. 3.* Quod si parentes puellae parentem suam punire fortasse noluerint, puella libertate careat & in seruitutem regiam reducatur. Eadem feueritate talia matrimonia Langobardi notarunt *Lib. II. Tit. IX. §. 2.* Secundum legem Ripuariorum *Tit. LVIII. §. 18.* libera femina seruo iuncta non amittebat libertatem, interfecto seruo; huius vero necem declinans, in seruitio perseuerabat; & Ripuarius ancillam Ripuarii in matrimonium recipiens, in seruitutem deducebatur. *dit. Tit. LVIII. §. 15.* Quae seruitutis poena secundum legem salicam *Tit. I. cap. II. §. 14.* & capitularie

tulare LVDOVICI PII *de interpretationibus legis saliae de anno DCCCXIX. cap. 3.* ingenuo ancillam in coniugium accipienti, pariter ac mulieri liberae mancipio sese iungenti, imposita est. Etsi vero lex Alemania Tit. XVII. mitior adhuc fuit, feminae liberae, quae seruo nupsit, nec tamen seruiles operas praestitit, facultatem ante tres annos salua libertate diuertendi concedens: tamen liberi ab ea progeniti seruitutis iugum subire coacti sunt, ipsaque maculam sat grauem contrahens, hereditatem patris amisit Tit. LVI. nec minus vel ob operas seruiles praestitas, vel ob diuortium ante triennium non factum, in seruitutem perpetuam redacta est. dict. Tit. XVII. Conf. POTGIESER *de conditione & statu seruorum Lib. II. cap. I. §. 6. sqq.*

## §. VII.

Quibus iuribus licet tractu temporis non parum Coniugium ob derogatum sit: splendor tamen natalium in tanto fuit inaequalitat-  
pretio, vt odium coniugiorum inaequalium heredita- tem concubini-  
rium exstirpari haut potuerit, sed adhuc liberi deterio- natus notam  
rem conditionem sequi cogerentur. Et quo minus hi  
aliis meliore loco natis praeiudicium adferre possent,  
arguo, quod concubinatus in Germania multis se com-  
mendauerit, vbi nemo deteriorem conditionem libero-  
rum a concubinis natorum in dubium vocabat. Immo  
impar coniugium, vel ob inaequalitatem, aliquando con-  
cubinatus notam contraxisse intelligo. Notatu digna  
sunt, quae pontifex LEO in epistola ad Episcopum Nar-  
bonensem RUSTICVM emissâ Tom. I. Concilior. SV-  
RII cap. IV. p. 806. differit: *Non omnis mulier iun-  
cta viro vxor est viri, nec omnis filius heres est patris.*  
*Nuptiarum autem foedera inter ingenuos sunt legitima,*  
*& inter aequales, multo prius hoc ipsum domino con-*

14 DE SVCCESIONE LEGITIMATORVM

stituente, quam initium Romani iuris exsisteret. Itaque aliud est vxor, aliud concubina, sicut aliud ancilla, aliud libera. Vbi ergo, sicuti pontifex in sequentibus vterius declarat, iusti matrimonii nomine saltim istud venit, quod a) inter aequales b) muliere legitime dotata & c) publicis nuptiis honestata, contractum, non poterat non coniugale foedus, ab inaequalibus initum, concubinatus notam incurrire, conf. c. 12. c. 32. qu. 2. Licit quoque haec disciplina decrementum senserit, tamen liberi illustrium & nobilium, ex inaequalibus coniugiis nati, omni tempore aduersa experti sunt fata.

§. VIII.

Illustrium &  
nobilium con-  
tingia inae-  
qualia quae  
dicuntur?

Duces, principes, comites, quos ob munera vestusta per excellentiam NOBILES vocavit: nostra aetas ILLUSTRES adpellat, nobilis praedicamento iis, quos TACITVS ingenuos nominat, relictio. Quos ob virtutis bellicae gloriam, eam a maioribus acceptam & in posteris continuatam, ipsorum in comitiis auctoritatem, matrimonia seuera, inde enatam stirpis praestantiam, quodque veteres liberti & serui saltim familiae instrumenta fuerunt, armorum usum non habentes, nec partem in negotiis rei publicae facientes, omnino generis nobilitate praeditos fuisse intelligo, quod pro more suo, id est, solide demonstrauit clariss. GLA-  
F E Y de ministerial. Lib. II. §. 17. seqq. Nam quae ESTOR de ministerial. Cap. V. prolixo & anxie in contrarium disputat, si omnia aequa lance ponderes, nihil euincunt, nisi, quod ingenui ac nobiles nostri ab ipsis oriundi, quondam nobilium elogio fere caruerint, minus vero, quod, antequam illustrium munera hereditaria facta, illi haut in eodem nativae nobilitatis ordine constituti fuerint. Sane, quando patres Tribu-  
rienses

rienses concilii *ao. 895.* sub Arnulpho celebrati, apud HAR DVI N V M Tom. VI. p. 451. mores Germanorum corrigere student, statuentes cap. 38: *vt quisquis liber liberam, b. e. ex ancilla per manumissionem & regalem largitionem liberam factam, legitime in matrimonium duxerit, ulterius habere debeat, tamquam unam ex nobili genere progenitam,* liberis seu ingenuis haut obscure generis nobilitas vindicatur. Quum vero, qui hodie illustres vocantur, ob supremam libertatem & munera regni, quorum vi pluribus cum auctoritate praeyerant, non parum eminerent, nobiles contra, vel, secundum antiquum loquendi morem, ingenui, non regni officiis, sed militaribus aliisque ministeriis operam darent, non potuit non, postquam illustrium munera hereditaria facta sunt, ac inde resultans eminentia cum liberis per nativitatem communicari coepit, maior ac diuersus nobilitatis ordo enasci; quo facto nobilitas maior der Fürsten und Herren, ab inferiori, der Ritter und Knechte, separata. Add. BEYER de iur. Germ. Lib. I. c. 3. Interim omnes, qui ad utrumque nobilitatis maioris & minoris ordinem pertinent, milites fuerunt, saltim in diuersis gradibus positi, quo factum, vt tota nobilitas clypeis distingueretur. G V N D L I N G. *an venter nobilitet?* cap. II. §. 9. Qui clypei, Heerschilde, tam in iure Saxonico, quam Alemannico recensentur, I. S. P. Lib. I. art. 3. I. F. A. c. I. ibique SCHILTER; nec minus eorum in AVCTORE VETERI de beneficiis §. II. III. & passim, aliisque documentis fide dignis mentio fit. conf. clariss. RINK. disp. de clypeorum rat. habenda in feudis alienandis. Cap. I. Etsi ergo princeps & comes gradu a se inuicem differant, illo in clypeo tertio, hoc vero in clypeo quarto distinctis: ambo tamen in eodem

no-

## 16 DE SVCCSSIONE LEGITIMATORVM

nobilitatis maioris ordine concluduntur. Quare id saltem inter illustres nobilesque coniugii inaequalis notam incurrit, quando illustris nobilem, vel nobilis plebeiam dicit, minus vero, quando dux vel princeps cum domina comite connubiale foedus init.

## §. IX.

*Liberi imparis  
matrimonii  
deteriorum  
conditionem  
sequuntur.*

Iura antiqua, quae §. VI. adduximus, regulam reliquerunt: partum deteriorum sequi conditionem, das Kind gehört zur älteren Hand. HERTIVS de paroem. iur. germ. L. II. par. 6. in opusc. Tom. II. p. 604. Hinc in textu I. P. A. c. 105. legitur: Die von den mittel freyen sind gebohren, die sind mittel freyen: Und ist auch die Mutter semper frey; und der Vater mittel frey, die Kind werden auch mittel freyen. Conspirat I. P. S. Lib. I. art. 51: Welcher Mann von seinen vier Ahnen, das ist, von zwey Aelter-Bätern und Mutter unbescholden ist, an seinen Rechten, den kan niemand an seiner Geburt beschelden, er habe denn sein Recht verwürkt. Porro I. F. S. c. XX. diserte dicit: Wo ein Sohn seinem Vater nicht ebenbürtig ist, so mögen des Vaters Lehnmann zu Recht wohl wegern von den Sohne ihr Guth zu empfahen, und auch so gleich ein solcher Sohn lebete, nach seines Vaters Tode, er kan doch denen, die an des Vaters Guth Gedinge haben, nicht nehmen. Eadem docet & declarat I. F. A. C. XL. Wo der Sun dem Vater mit ebenbürtig ist, do geweigernt, die sins Vater warrent, wol sich ir Lehen von Im zu entpföhend. Und het der Vatter das Lehen von eine andern Herren, su farent mit Rechten wol an den obern Herren, und entpföhent ir Lehn von Imme. Ist es aber sin eigen gewesen, so sullen es die Mann von Im entphöhen, oder es als uss slohen. Ebenbürtig dicitur, qui a patre ex aequali matrimonio procreatus, atque ipsi aequalis nativa dignitate est,

est, gleicher Geburt und Adels, SCHILTER ad I.F. A. cap. XL. §. 1. Quod ipsum glossa ad I. F. S. d. cap. XX. & ad I. P. S. L. I. art. 51. verb. Also hinwieder, ob zwei freye Personen einander nemen, ihre Kinder werden auch frey, das ist, die Kinder bleiben beyderseits den Eltern ebenbürtig, obseruat, eoque, quod non potuerit non optimam huius rei notitiam habere, maiorem meretur fidem.

Add. I. P. A. c. 293. Er licet vocula ebenbürtig plures significatus recipiat, vid. gloss. ad I. P. S. Lib. I, art. 73. vt is quoque nicht ebenbürtig audiat, qui naturalis vel bastardus est: tamen verba finalia dict. cap. XI. I. F. A. me iudice, satis docent, quod de filio ex inaequali matrimonio nato sermo habeatur. Interim non dubitare conuenit, quod dictum capitulum filium naturalem, vel bastardum multo magis a successione in dignitate & bonis patris excludat.

### §. X.

Etsi ergo nimius rigor, quo leges antiqueae in coercendis coniugiis inaequalibus abundare videbantur, sublatus est: quis tamen non videt, maioribus nostris natum splendorem adeo cordi fuisse, ut nihil minus liberos a patris dignitate, immo & successione in feudis excluderent, si mater ex inferiori ordine adsumta fuerit. Testatur porro hac de re PETRVS de ANDIO de imper. Rom. Lib. II. cap. 12. Est Alamannis inueteratus usus & longe retro obseruata consuetudo, non magna, quantum conicere possum, ratione suffulta, ut baro copulando sibi militaris & inferioris generis coniugem, problem suam inde creatain degeneret, atque debaronizet, filii que de caetero barones minime vocitentur. Comites vero, per connubium cum simplicis militaris generis feminis, natas filias non decomitant, sed, si eorum filii itidem in mil-

*Quod ad illa-  
strum coniu-  
gia applica-  
tur.*

C

lita-



litarium genus nubant, ex tunc illorum demum proles de-  
comitatur, militariumque generis ordini deinceps connu-  
meratur, quae profecto obseruantia haut satis honesta es-  
se videtur. Vbi ad verba: non magna, quantum coniicere  
possim, ratione suffulta, nec non postrema, iure suo no-  
tat Dn. a L V D E W I G Disp. de dignitar. vxor. p. 21. ius  
Romanum oculis ICti in patria peregrini, glaucoma ob-  
duxisse. Interim, quae modo ex P E T R O de A N D L O  
excerpsimus, multos feduxisse puto, qui matrimonium  
comitis cum femina nobili inaequalibus accensere du-  
bitant, in ratione indaganda haut parum cruciati, de-  
nique eam allegantes, quod non magnus faltus sit, quem  
comes nobilem ducens faciat. Enim vero, toties se-  
cundum iuris Germanici indolem magnus est faltus, quo-  
ties illustris ex inferiore nobilitatis ordine coniugem  
accipit. Et hoc pacto, licet P E T R Y S de A N D L O mi-  
nus sibi constare videatur, quando dicit, comitem libe-  
ros ex vxore ordinis equestris suscepitos non decomita-  
re; contra baronem debaronizare prolem ex tali vxore  
procreatam: audiamus tamen ipsum loco citato se ex-  
plicantem: *Et quia plures comites Alamannia habet, qui  
de comitatu quopiam non sunt inuestiti; sed a castellis pri-  
vatis, quae possident, titulos suae dominationis contraxe-  
runt, quorum maiores arbitror Romae huius modi comites  
exstirsse, nomenque dignitatis & dum exterias nationes  
peterent, retinuisse.* Tales ergo comites magis ad infe-  
rioris nobilitatis ordinem referendi sunt, quinti clypei  
participes, vnde mirationem non subit, quando ii cum  
filiabus equitum & militum ex eodem ordine, et si sexti  
clypei, coniugale foedus contrixerunt, quod nihilo  
minus liberi inde nati, patriae dignitatis & praedicatio-  
nis participes fuerint. Contra, per barones haud con-  
venit

venit intelligere eos, qui hodie ita vocantur, sed, qui I. F. A. Cap. 1. & I. P. S. Lib. I. art. 3. dicitur Herren dicuntur, quarto clypeo, quippe nobilitatis superioris gradu, condecorati, principes immediate sequentes, qui hodie comites vocantur, tempore compilati iuris Saxonici & Alemannici vero, domini liberi nuncupari maluerunt, quam comites simpliciter, quum tum quidem comites sive Grauiones, qua tales, ex veteri iure magistratus essent, & iurisdictionem non propria sed regis nomine exercerent, vid. I. P. A. cap. CLXVII. I. P. S. Lib. III. art. 64. sq. dein quoque ipsorum principum vasalli essent, liberi domini vero solius imperatoris & imperii. SCHILTER ad I. F. A. c. I. §. 13. Quare ipse PETRVS de ANDLO dicto loco inter baronem liberum, aliorumque vasallorum dominum; & baronem, principis vasallum, distinguit,

## §. XI.

Postquam iura pontificia & romana Germaniam *Quam disci-*  
penetrarunt, oppido notum est, quantopere haec vetera *plinam iura*  
rem Germanorum disciplinam turbauerint. *Romana &*  
*pontifica tur-* Vti veteres *barunt.*  
res tantum errauere errorem, ut crederent, per iuris ci-  
vilis et canonici receptionem plane derogatum esse pa-  
triis placitis, non cogitantes, quod iuris abrogatio in fa-  
cto consistat, nec praesumi, sed probari debeat, at mi-  
nus probetur per id, quod ius peregrinum & ad aliam  
rem publicam aptatum admissum sit, qualis admissio id  
saltim inferat, quod iure patrio tacente nec repugnante,  
ius istud adscititium in subsidium applicari possit & de-  
beat. Idcirco iste ICorum error effecit, ut & in do-  
ctrina de coniugiorum aequalitate, aduersis plane & an-  
te inauditis principiis personarent iudicia Germano-

C 2

rum

rum. In Romanorum re publica, lege decemuirali cautum erat, ne patribus cum plebe connubii ius esset, nec inter patricios & piebeios matrimonia contraherentur DION. HALICARN. Lib. X c 60. Id vero post varias vicissitudines abolitum, & pro singulari IUSTINIANI in sexum sequiorem favore, tandem summa in matrimonij ineundis libertas concessa, quaelibet femina dignitatis maritalis particeps facta, & tandem ius perpetuo valitum exortum: *mater ad propagandam dignitatem nibil confert, sed haec a solo patre ad liberos defertur.* I. 8. § 12. de Senator. I. 13. C. de dignitat. I. 9. C. de incolis I. 10. I. 23. §. 7. C. de iupt. Nou. 78. c. 3. Nou. 105. c. 2. Hinc icti sibi imponi passi sunt, aliisque imponere sedulo laborarunt, quod eadem mutatio in re publica Germanorum, per iuris Romani admissionem facta sit. Quae monstrosa Germaniae corruptio morum, in Germaniae iudiciis eo magis graffari potuit, quod nobiles iudicantium partes, quae ipsis antea propriae erant, ob iuris peregrini inficitiam ICTIS relinquebant; quibus sententia nobilitati inimica insimul ob id arrisisse videtur, quia ipsi nobilibus comparandi, nimiam prærogatiuam a nobilibus in natalium splendore quæstam, aegre tulerunt.

## §. XII.

*Eatum ab  
illustribus  
conseruato.*

Quidquid id fuerit, hac ratione saltim iura nobilium inferioris ordinis turbata esse existimo. Nam imperii Germanici in primis interest, ne illustrium familiarum splendor, per dignitatem cum vxore inaequali, & liberis inde natis communicatam, detrimentum capiat. Ergo hic vetus disciplina eo magis conservata credenda, quo major hix superiori nobilitati accensa, & quo facilitior negotio personae illustres ICTOS cohiberi, atque aduersis:

sis ipsorum doctrinis frenum iniucere potuerunt. Vnde adhuc hodie illustris maritus feminam inferioris conditionis in thorum recipiens, cum hac secundum priscius rationem dignitatem suam non communicat, sed ipsa per codicillos imperiales nobilitatis majoris gradum impetrare necesse habet. Exempla a LUDOLPHO Tr. de iure fem. illustr. Sed. I. §. 9. adducta satis probant, quae ratione feminae impares maritis illustribus nubentes, dignitatis regalis collationem ab imperatore adquisuerint; quo sane opus non fuisset, si femina per tale coniugium maritalis dignitatis particeps reddi potuisset. Quum ergo laudatus LUDOLPH in hac visione iuris Romani applicationem deneget, non video, cur ipse deinde in dissentientium sententiam concedat, liberis principiis ex inaequali vxore natis, dignitatem patriam et successionem in principatu tribuens. Etenim hanc iurium communicationem coniugii inaequalitas secundum antiquissimos Germaniae mores aequa impedit, atque communicationem dignitatis cum vxore. Quodsi ergo vxori dignitatis maritalis communicatio deneganda, nec in specie iuris ciuilis decisio locum inuenit, necesse est, vt neque in altera inspectione, qua de patris dignitate cum liberis communicanda agitur, locum inueniat, sed regulae: das Kind gehört zur ältern Hand, locus relinquatur. Dum enim intuitu vxoris ius Germanum saluum est, nec ratione liberorum illi derogatum credendum, quum nequidem iuris ciuilis rationi conueniat, vt dignitas a patre in liberos transeat, nec mater eiusdem dignitatis societate sit. Quidquid ergo hic communis ICtorum schola in contrarium disputat, inconcinnam iuris Romani applicationem, contemnit veteris Germanorum sapientiae tot sacerdolorum decursu probatae, denique in splen-

## 22 DE SVCCESIONE LEGITIMATORVM

dorem illustrium Germaniae familiarum iniuriam sat grauem sapit. Non deficiunt exempla moris antiqui, obseruantiam haud abolitam demonstrantia, vid. de LVDWIG Comment. ad A. B. Tom. II. p. 1359. sqq. Et in disp. de dignitate vxoris passim; unde veteris juris rigor tanto magis praesumendus, donec abrogatio doceatur. Id vero non sit, quando vnum alterumque excitatur exemplum, vbi Romano more iudicatum. Instituti ratio non postulat, vt eruamus, quid uniuersius opponi possit, quod alias non difficile, dum sententiae in causis illustrium saepe saepius temporis inseruire opus habent. Atque hoc labore facilius supersedere possumus, quam talis modi exempla, si maxime proficiunt, saltim dissensum ICtorum, minus vero juris antiqui abrogationem ostendant. At non videndum, quid Romae iudicetur, sed, quid iudicari debeat. Interim ista ICtorum dissensio cogit illustres, qui coniugia inaequalia eo fine contrahunt, quo minus liberis prioris matrimonii, vel adgnatis praeiudicium contingat, vt maioris securitatis causa more Langobardorum viuant, atque secundum II. F. 29. expressio pacto cum femina in vxorem accipienda inito, vxorem & liberos a dignitate & successione, certa bonorum parte, alimentariae prouisionis ergo, determinata, arceant; quamvis talis modi matrimonii, quod marganaticum dici solet, usus etiam ob id se commendet, quod hoc pacto aliqua dignitas, praesertim si imperatoris confirmatio acceperit, vxori et liberis quaerri possit, quae cum ipsis iure communicari non putatur. Quod si denique imperator pacti inter illustres familias initi, quo quilibet exinde oriundus, minimum cum domina comite ex antiqua prosapia conjugale foedus inire praecipitur, contra vero matrimonium

nium pro inaequali & liberi inde nati dignitatis principalis & successionis in principatu incapaces statuuntur, confirmatoinem denegat, minime tamen ob id non vsum doctrinae de coniugis inaequalibus illustrium, a nobis defensae vrgeas, quum plures aliae caussae confirmationem dissuadere possint, veluti, ne potestati imperatoris regalem conferendi dignitatem, praeiudicium inferatur, ne aliae familiae illustres in imperio in contemptum adducantur, & quae sunt reliqua.

## §. XIII.

Enim vero communem vsum, quo nobiles ex inferiori ordine tam cum vxoribus fortis inaequalis, quam cum liberis inde natis dignitatem, &, cum his quidem successionem in feudis communicant, minus recte in dubium vocaueris; quem iuris Romani admissio pri-  
mum produxit, deinde aliae caussae corroborarunt. Quum enim Germania familis nobilibus abundauerit, atque haec per continuas generationes in diem ampliores euaderent, non potuit non contingere, ut bona a maiori-  
bus profecta posteris, ad dignitatem sustinendam non sufficerent. His, sine nobilitatis iactura, laboribus plebi propriis opes adquirere non licuit, nec omnes militari-  
bus vel aliis rei publicae officiis nobilitati dicatis do-  
nari potuerunt. Hinc publica necessitas nobilibus im-  
perauit, vt ne facultatum acquisitionem per connubia cum plebeis inita, & cum his dignitatis communicatio-  
men, fine qua vxores diuites inuenire non licebat,  
omnino improbarent. Deinde rei publicae non tan-  
topere interest, ne cum generoso sanguine plebeius mi-  
sceatur, &, si quidem intersit, familias antiqua & ple-  
beii sanguinis inscia stirpe corruscantes habere, nec ta-

men

## 24 DE SUCCESSIONE LEGITIMATORVM

men earundem defectus metuendus est, praesertim, quam adhuc plura incomoda supersint, quae liberos imparis matrimonii premunt, adeoque prohibent, ne nobiles nimia frequentia in amplexus plebeiorum ruant.

*ut tamen nobiles ex antiquitate et serena prosperitate, alii hoc natalium splendore destituti, nisi hos muneris dignitas extollat, praeseruntur. Fortiori praesumptione nascitur, quod virtutibus autis sint imbuti; quam prae sumptionem rationes non contemnienda adiuuant. Abunde probat experientia, quod plerumque liberi, sicuti vita, ita et virtutes, a parentibus accipient. Non patri solum, sed magis adhuc matri, maximam partem in ipsorum educatione occupatae, in acceptis referunt. Quis ergo negare ausit, quod, quo nobiliorem ortum mater habet, eo nobilior liberorum educatio ab ipsa sit speranda? Eadem circa diuersas ciuium classes obseruatio, id probat. Quo vilior ciuis, eo vilior quoque educatio, eoque minus virtutis a tali femina exspectes. Obseruabis, quod, si ciuis minus honoratus honoratioris filiam in matrimonium accipiat, liberi ex tali coniugio suscepti ut plurimum moratores esse soleant, quam, si talis vxorem suae conditionis duxit. Et licet nobilis cum praestantissimi ciuiis, nobilium iure vtentis, filia coniugale foedus contrahat; quem tamen erudit, ac maxime honorati ex ciuium ordine, in matrimonii suis non adeo seueri sint, ut aliorum in eodem vel simili dignitatis gradu constitutorum, filias uxores quaerant, sed saepe alias, a parentibus levioris conditionis oriundas in thorum recipient, vbi a natu huiusmodi uxoris indole saepissime filia ex ea prognata non multum ab ludit, hinc iusta, ab inuidia & parvum studio aliena ratio*

ratio postulat omnino, ut grauior auitae virtutis praesumtio iuuet nobilem ab vtriusque lateris parentibus nobilibus descendente, quam, qui ex patre nobili, matre vero ignobilis ortum trahit. Qua ratione splendor ex inuiolatae nobilitas stirpe resultans & longa consuetudine probatus, in diem creuit, ac eo maiori in pretio habitus est, postquam nobiles cum vxoribus ignobilibus & liberis inde natis dignitatem communicare coeperunt. Quo minus ergo, qui inuiolatae nobilitatis splendore destituuntur, nobilibus ex vetusta & serena prosapia ortis omnino aequiparentur, illi a variis horum societatisbus, emolumenis & praerogatiis, v. g. torneamentorum vsu, facultate ad nobilium beneficia ecclesiastica adspirandi, voto & sessione in comitiis prouincialibus Saxonie &c. passim sunt exclusi, inde non leue originis suae incommodum sentientes.

## §. XIV.

Quod virutem & dignitatem militarem Germania *Dignitas mil-*  
 nobiles olim sibi soli vindicauerint, nec ad eandem ple-  
 beis adspirare licuerit, ex dictis liquet & in vulgus notum  
*titaris olim*  
*est. Quare PETRVS de VINEIS FRIDER. I. cancellarius Lib. VI. ep. 17. de Germania refert: milites fieri non*  
*poterant, qui degenere militum non nati erant.* Atque poe-  
 ta GVNTHERV, dum de Italibz loquitur, quod omnes ex  
 humili vulgo gladio equestri accingantur, ait, quod Gallia id  
 foedum iudicet; vbi per Galliam, Franciam Teutonum in-  
 telligit. GVNDLING. *an venter nobilitet?* C. II. §. 13. add.  
 HACHENBERG. *Germ. med. Diff. IV. §. 2.* Quod feuda, si *feuda*  
 originem respicias, militare fuerint institutum, militibus *nobilibus pro-*  
 pendiorum loco, ob seruitia bello praestanda concedi  
 solita, nemo dubitat. Hinc ea nobilibus propria, ple-  
 beios vero eorumdem, sicuti ipsius militiae, incapaces  
 fuisse, sua sponte fluit. *Quumque feuda deinceps non,*

D

vt



vt ab initio, pro libitu concedentis reuocari possent; nec porro annalia essent; sed nec amplius ad vitam va-  
falli restringerentur; verum ad liberos transirent; quin  
ad masculos denique, per lineam masculinam a primo  
adquirente descendentes in infinitum deuoluerentur:  
hoc institutum splendorem familiarium nobilium maxi-  
mo auxit opere, earumque conseruationem adiuit.  
Quis ergo dubitet, nobiles feuda sibi sedulo conser-  
vasse, &, ne plebeii eorum capaces fierent, omnem  
mouisse lapidem? Verum, id quoque mutationi subie-  
ctum fuisse, ac ruente aeuo plebeios ad iuris benefi-  
ciarii communionem adspirasse, palam est. Primam  
huius rei fuisse caussam Syriacas expeditiones, de qui-  
bus constat, quod iam saeculo XI. suisu pontificis a  
laicis magno pietatis feroore susceptae sint, coniicit AL-  
TESERRA libr. sing. de origine & statu feudorum pro-  
mor. Gall. cap. X. quarum caussa duces, comites & alii mi-  
litae feuda & ditiones distrahere coacti, ea in plebeios &  
clericos, seu ecclesias alienauerint, vt facilius emtorem in-  
venirent. Enim vero, haec initia admodum tenuia  
fuisse, ipsa, quam excitat ALTESERRA epistola  
EVGENII III. apud OTON. FRISINGENS. de gestis  
Frideric. Lib. I. c. 35. liceat eis etiam terras, siue cere-  
ras possessiones suas, postquam commonitatem propinquam, siue  
domini, ad quorum feudum pertinent, pecuniam commoda-  
re aut noluerint, aut non valuerint, ecclesiis vel personis  
ecclesiasticis, vel aliis quoque fidelibus, libere, sine villa re-  
clamatione impignorare, satis loquitur, atque adparet  
ex I. F. S. cap. II. vbi plebeis perpetuum & perfectum  
ius feudi denegatur, omneque eorum ius in beneficio  
accepto, morte tam accipientis quam dantis resoluitur.  
Conf. clar. CONRADI disp. de prouasallis §. 3. 4. Qua-  
ratio-

ratione contendo, quod tum demum plebei facultatem feuda adquirendi & ad liberos deuoluendi, postquam iuris Longobardici placita foris Germaniae pedetentim insinuata sunt, alibi citius, alibi tardius impetraverint. In de nouum hoc ius, quod vsu iamiam frequentari vidit Feudista Alemannicus, in Cap. I. §. 5. referre maluit, eoque a Saxone discrepare. CONRADI d. I. §. 6. Sed & Alemannicus plura adhuc feudi iura plebeis denegat. d. Cap. I. §. 5. Cap. II. Plane feuda plebeiorum urbana, die Burg- Lehn, Bürger- Lehn, magis abusive & alio sensu feuda vocata, nec iure beneficiario communi vfa fuisse, patet ex I. F. S. cap. LXXII. & I. F. A. cap. CXXXVI. sqq. conf. VET. AVCT. de benef. urban. In quibus ergo feuda plebeia & rustica, secundum ius feudale commune diiudicari vides, id iuris Longobardici receptioni debetur. Interim quod mos iste, plebeios a feudis equestribus arcendi, adhuc in nonnullis Germaniae prouinciis obseruetur, in vulgus notum est.

## §. XV.

Quum ergo feuda secundum primaeuam naturam, Naturales in nobilium ordinis adscripta, filii naturales vero, tam- feudis non sucedant. expertes essent, his nulla dari potuit successio, ob id expresse denegata in I. F. S. cap. II. I. F. A. cap. I. §. 4. VET. AVCT. de benef. §. 4. Et sicuti legitimatio per subsequens matrimonium, ante quam hoc iuris Romani inuentum, cum iure romano & pontificio ad Germanos transit, his plane ignota, legitimatio ita eorundem iuri beneficiario penitus aduersa fuit, per nuptias iuri Germano- vt ne quidem cum liberis ex vero, sed inaequali matri- contraria est. monio natis nobilitatem, atque huic connexam facet.

sionem in feudis communicari pateretur. Quod si verum est, sicuti est, firmissimum inde ducitur consecutio-  
nis filium, quod haec feudorum natura & indoles cui-  
vis domino directo, aliisque feudorum successoribus  
ius quaeſuerit, neminem ad successionem in feudis in  
perpetuum admittendi, niſi instante matrimonio legi-  
timo a vasallo genitus sit. Neque ius hoc perpetuo  
valiturum, ob id interceptum est, quia deinceps liberis  
ex inaequali matrimonio procreatis, immo plebeis iu-  
ris feudalis communione frui, atque feuda equeſtria  
adquirere licuit. Hoc dato, non etiam datur, quod  
domini & legitimi successores in feudis iuri suo, filium  
naturale a iuris beneficiarii communione excludendi,  
renunciauerint, si modo parentes tales per subsequens  
matrimonium legitimum declararent. Ecquis praesu-  
met, ne dicam probabit, Teutones nostros splen-  
dorem natalium per tot saecula summa cura quaesitum  
ac custoditum mox adeo contempsisse, ut ne dubitarent  
fauori ac iuri sibi in feudis competenti, in gratiam le-  
gitimotorum per matrimonium subsequens renunciare,  
sed liberis hoc modo legitimatis successionem in feudis  
concederent, quia isti splendori, per coniugiorum inae-  
qualium admissionem, tantisper praeiudicari sunt passi?  
Potius idem ius legitimatos per subsequens' matrimo-  
nium excludendi, quum de feudorum natura fuerit,  
vna cum ipsis ad alios non nobiles ea adquirentes trans-  
iit: quod domini & vasalli eo magis conseruasse credan-  
tur, quo minus ipsos praeteriit, quod nemini ius ex pa-  
cto quaesitum auferri posset. Quumque Longobardi le-  
gitimatis omnem successionem denegauerint, II. F. 26.  
*Naturales filii, licet postea fiant legitimii, ad successionem  
feudi nec soli, nec cum aliis admittuntur; non potuit non*

pru.

prudentissima haec dispositio in Germania eo maiorem  
mereri auctoritatem, quo magis cum vetustissimis Ger-  
manorum moribus amicissime conspirare visa.

## §. XVI.

Antiquioribus temporibus ne Romae quidem legi-  
timatio obtinuit. Rarius, quum adhuc libera esset res Legitimatio  
publica; rarius etiam inualefcente statu monarchico ac-  
cedit, vt senatus & postea princeps extra ordinem vel  
parentes, qui extra iustum matrimonium liberos procrea-  
verant, vel ipos liberos ex iniusto matrimonio, legi-  
bus soluerent. Clariss. HEINECC. ad Institut. Tit. de  
nupt. §. CLXV. Vnde LIVIUS Lib. XXXVIII. c.  
36. tamquam rem notatu dignissimam refert: Campan-  
nos petiisse & imperasse, ut sibi Romanas uxores duce-  
re liceret, & si qui prius duxissent, ut habere eas, &  
ante diem nati, ut iusti sibi liberi heredesque essent.  
Aliud exemplum occurrit in l. 57. §. 1. de rit. nupt. Post-  
ea autem principes plures legitimandi modos probauere.  
Quis enim est quem fugit, CONSTANTINVM intro-  
duxisse legitimandi modum, per subsequens matrimonium postea a prin-  
cipibus proba-  
ta est.  
l. 5. C. de nat. lib. a IVSTINIANO dein magis ma-  
gisque extensum & amplificatum, l. 10. & 11. C. eod. nou.  
12. c. 4. Nou. 19. Nou. 78. c. 3. 4. Nou. 89. c. 8. THEO-  
DOSIVM inuenisse, eum per curiae oblationem, l. 3. C.  
eod. d. Nou. 89. c. 2. ANASTASIVM auctorem exstitif-  
fe illius, per arrogationem, l. 6. l. 7. C. eod. Nou. 74. c. 3. d.  
Nou. 89. c. 10. denique IVSTINIANVM duos addidif-  
fe, alterum per rescriptum principis, d. Nou. 89. c. 9. iunct. d.  
d. Nou. 74. c. 2. alterum per testamentum. d. Nou. 74. c. 2.  
d. Nou. 89. c. 10. Missis reliquis, quum nobis tantum de  
modo per nuptias parentum, liberos ante eas genitos le-  
gitimos efficiendi dispiciendum sit, ex d. Nou. 74. c. vlt.

## 30 DE SVCCESIONE LEGITIMATORVM

*Saltim concubinorum liberi per nuptias legitimari potuerunt, contra spuriis, incestuosis, adulterini, nec minus nati ex concubina, quum pater legitimam vxorem haberet, istius beneficii fuerint expertes.* THOMAS. *disp. de legitimat. lib. C. I. §. 9. lib. b.* Quod si ergo scientis iuris romani modernum legitimatis per nuptias usum tribuas, uno ictu, quo concubinatum ex Germania profligatum esse §. III. obseruauimus, te ipsum profligari intelliges. Neque inconclusus stabis obueriens, concubinatu proscripto, legibus ciuilibus de concubinarum liberis eorumque legitimatione conceptis, adhuc locum relinqui potuisse, atque relictum esse in spuriis, quos a se procreatōs esse, qui matrem uxorem dicit, profiteatur. Non enim, quid fieri potuerit, sed quid factū sit, indagandum est. At hodiernum legitimatis per subsequens matrimonium usum, ex isto fonte ducendum non esse, iam solide demonstrarunt

THOMASIVS *dict. disp. Cap. II. Clariss. BOHEMER. Iur. Eccles. Tom. IV. Lib. IV. Tit. 17. §. 15. sqq.* Multo minus iuris feudalis doctrinam, per ista legum ciuilium placita turbatam somniabis. Etenim ius Longobardicum non seorsum receptum, sed ut pars & accessio iuris succedendi in Iustiniane & speciatim authenticarum, earumque collectio decima, Germaniae forā penetrauit, SCHILTER. I. F. A. Cap. XL. §. 5. ius ciuale in cassis feudalibus non, nisi in subsidium admittens. H. F. I. Et sicuti ob id tantum non omnes consentiunt, vel saltem consentire necesse habent, quod iuris romani praeccepta iuri beneficiario nihil detrahant, nec ad hoc impugnandum citari possint: ita minus dubii restat, quod exinde successio legitimatorum per nuptias in feudis deriuari nequeat, quam

*Ius ciuale legitimatis per nuptias ius succedendi in Iustiniane & speciatim authenticarum, earumque collectio decima, Germaniae forā penetrauit, SCHILTER. I. F. A. Cap. XL. §. 5.*

quam *dict. II. F. 26. §. naturales* expresse reprobauit. Ergo aliud, quod dissentientes tueri videtur, fundamentum destruendum erit.

## §. XVII.

Scilicet, et si tandem concubinatus a pontificibus *Hodierna per reprobari cooperit, nec amplius, vti iure Romano, vid. I. nuptias legi-*  
*§. C. ad SC. Orbit. licita consuetudo diceretur, conf. re canonico*  
*BOEHMER. Tom. II. Lib. III. Tit. 2: §. 22. vt adeo li- fundata.*

beri concubinarum aliis ex damnato coitu accensendi essent, quos iure ciuili legitimacionis per nuptias expertes fuisse vidimus: tamen ius canonicum hunc legitimandi modum conseruavit, *c. I. & 6. X. qui lib. sint leg.* eoque ad alios liberos illegitimos produxit. Cui fundamento praxis hodierna, legitimationem spuriorum per subfrequens matrimonium admittens, omnino superstruitur, quod solide euicit *BOEHMER. dict. Lib. IV. Tit. 17. §. 16. sqq.* Videntur ergo hoc praesidio tuti, quid liberis hoc modo legitimatis successionem in feudis vindicant, quum ius canonicum fere integro saeculo ante ius ciuile & langobardicum receptum sit. Quumque potissimum *An ius cano-*  
*nicum illi ef-*  
*fectum iuris*  
*succedendi in*  
*feudis que-*  
*les aliqua conciliaret auctoritas.* Enimvero, sicuti *suering?*  
 quæstiones de ciuibus matrimonii effectibus concepta, causis matrimonialibus minus recte accensentur: ita, licet ius canonicum impetraverit, vt coniugia ab ipso probata rata essent, nec dissolui possent: non tamen omnes legitimi matrimonii effectus ciuiles, iisdem conciliare potuit, & adhuc minus conciliare voluisse praefumi potest, quando de iis filer, nec, quæ iuri saeculari aduersa, disponit. Sic coniugia inaequalia ex iuris

32 DE SVCCESIONE LEGITIMATORVM

pontificii disciplina subsistunt, nec dissolu possunt, c. 2.  
§ 4. X. de coniug. § seru. at variis effectibus ciuilibus, ne-  
mine refragante, ad hunc vsque diem destituta; dum v. g.  
filius ex tali matrimonio, ad beneficia nobilium ecclesia-  
stica adspirare nequit. An filius per subsequens ma-  
trimonium legitimatus ad successionem in feudo ad-  
mittendus sit, est quaestio mere feudalis. Et licet pon-  
tifex illi parentum hereditatem tribuat, non tamen se-  
quitur, vt talem declarare voluerit successorem in feu-  
do habilem. Quin, a decisione cauiliarum Laicorum  
feuda concernientium plane alienus est, ipsos clericos  
in controversiis feudalibus ad dominos saeculares, a qui-  
bus feuda recognoscunt, remittens. c. 6. X. de foro comp.  
quo ipso tam ius, quam iudicium feudale adprobauit,  
vt recte animaduertit HORN. Ipr. feud. Cap. I. §. 38. At-  
que hinc verissima interpretum conclusio enata, quod  
ius canonicum, perinde ac ius ciuile, ad quaestiones  
feudales non, nisi iure feudali tacente, per argumen-  
tum trahi possit. Fingas ergo, ius Germanorum non  
prohibuisse, ne legitimatio ius succedendi in feudis ope-  
raretur; atque in aprico est, quod nec iuris canonici au-  
toritas impedimento fuerit, ne textus II. F. 26. §. na-  
turales, reciperetur; quem A.D. 1408. in curia imperia-  
li iam allegatum fuisse, probat diploma a SCHILTERO  
c. XL. §. 4. communicatum.

§. XVIII.

*Neglectus iuris  
patrui nota-  
tur.*

Sicuti hoc naeuo plerosque ICtos, praesertim ve-  
teres laborasse constat, vt priscos Germanorum mores  
vix attentione dignos iudicauerint, sed deficiente lege,  
vel consuetudine prouinciae speciali, mox ius roma-  
num, langobardicum, pontificium, tamquam iura  
com-

communia consulerent, dubia exin desumpta, quae sibi  
crucei figere intellexerunt, tantum resolutione digna  
consentes: ita praesens disputatio paria fata est exper-  
ta. Nemo, quod scio, eamdem ex propriis Germano-  
rum iuribus tantopore ducendam iudicauit, atque ego  
in primis necessarium esse praeuidi, nec non resultan-  
tem inde decisionem claram reddidisse puto. Quod  
si unus alterue iuris Saxonici & Suevici speculum re-  
spicit, textus obiter intuetur, vel quoque allegatione  
eorum contentus est. Alius iura obsoleta inuenisse cre-  
dit; alias circa sensum dubius haeret; &, qui tandem  
legitimatis successionem in fevdis denegat, in dicto textu  
*II. F. 26.* fere vnicē se fundat. Quid mirum ergo, si  
forte dissensum nullus de via, qua incendendum esse  
nouimus, destruenda cogitauit, sed omnes vel in di-  
cti textus explicatione anxii haerent, eumque in sen-  
sum commodum, nec sibi aduersum trahere student; vel  
facillimo negotio se expedire arbitrantur, dicentes, pra-  
xim modernam dicto textui derogasse, ac legitimatos  
per parentum nuptias ad successionem feudalem admit-  
ti solere, nisi per legem prouinciale arceantur. Illos  
his sapientiores dico, quia praxi, quam pragmatici sae-  
pius crepare solent, non tuto fidem haberi posse intellig-  
unt, quoties solida ratione destituitur: hinc ita ince-  
dere malunt, ut ne in principium, quod sententia feuda-  
lis iuri ciuili vel canonico non, nisi iure feudalii tacen-  
te, superstrui debeat, impingant. Hi contra laudem  
merentur, quod contra ingenui interpretis officium pec-  
care erubescant, dum illos hac reprehensione dignos  
vident. Interim omnes in castum laborare, probabo.

An textus II.  
F. 26. §. natu-  
rales, ad legi-  
timatos per  
rescriptum  
principis re-  
stringendus  
st.

Qui textum II. F. 26. §. naturales sicut de liberis  
per rescriptum principis legitimatis cum glossa accipi-  
unt, hoc pacto lucrari putant, ut quæstio de legitima-  
torum per nuptias successione in feudis, iure feudal i-  
decisa habeatur, adeoque vel iuris ciuilis, vel canonici di-  
spositioni pateat locus. Fac, textum ad legitimatos per  
rescriptum restringendum esse, nihil minus ius feuda-  
le Germanorum legitimatos per matrimonium a succe-  
sione in feudis remouet: ergo iuris ciuilis vel canonici  
placita in consilium non vocanda. At, qui vix ius feu-  
dale Germanis proprium agnoscunt, an hanc arguendi  
rationem attentione dignam iudicasse credas? Perga-  
mus ergo, examinemus strictam dicti textus explicatio-

*Adfirmat Cu-  
iacius.* C VIACIVS de Feud. Lib. IV. Tit. 12. vel tribus  
verbis: filii naturales patri non succedunt, etiam si post  
delatam successionem fiant legitimati, ut nec clerici nec  
monachi, licet postea desinant esse clerici vel monachi,  
illam suppeditat, quam non absurdam dicit STRYCK  
d. S. A. I. Diff. I. C. III. §. 28. leuere & anxie vero

*quem defendit Schneider.* propugnant SCHNEIDER Professor quondam Halen-  
sis Disp. de successione legitimatorum in feudis Cap. I.  
§. 15. Quod C VIACIVS ICtus celebris, cuius in-  
rem publicam litterariam merita haut sunt exigua, ob in-  
genii abundantiam, rectae interpretationis oblitus, ac alia  
de clericis & monachis dispositione, quam similem cen-  
suit, seductus, magis quoque pontificii iuris auctorita-  
ti extendenda adstrictus, vocem postea, quae in textu  
adparet, captauerit, non adeo mirandum est. Magis  
mirandum, quod SCHNEIDERVS, qui iudicij defectu  
non laborat, nec, ut iuris pontificii disciplinam exte-  
nuet,

nuerit, necesse habet, Cvi acii partes tantopere tueatur. Dum quæstiones duas a Feudista in textu decidi, alteram: an filii naturales in fevdis succedant? alteram: num liberi per rescriptum principis legitimati iure feudalis successionis gaudeant? utramque vero negatiue resolutum dicit, nihil noui, sed idem adserit, quod textus saltim de legitimatione liberorum naturalium per rescriptum accipiendus, de legitimatis per subsequens matrimonium vero altum sit silentium. Interim ne ipsi imputari queat, quod saltim in vocis postea capitatione praefidium quærat, vrget, quod 1) rubrica tituli II. F. 26. sequentem in modum concepta: si de feudo defundi contentio sit inter dominum & adgnatos, 2) ante patris obitum non oritur lis de iure successionis feudalis, 3) feudista vtatur verbo praesentis temporis, admittuntur, usus utique verbo futuri temporis, admittentur, si de futura successione feudali, atque adeo de illo tempore, quo vasallus pater adhuc superfluit est, differuerit.

## §. XX.

Enim uero ad 1) quis nescit, quod recta ratio iubeat, *Cui respondeatur.* ut rubrum, quia ad nigrum se referat, potius ex hoc, quam hoc ex illo explicetur? Attamen esto, quod rubrum aliquando ad explicationem nigri faciat, quia scriptores certam legem in declaranda animi sententia seruare non solent, nihilominus dubio caret, quod istorum titulorum rubricæ, sub quibus plura non ad rem pertinentia continentur, textuum explicationem plane non inueniunt, quia semper incertum, an mens scribentis fuerit, textum istum, de cuius sententia quaeritur, ad rubri sensum componere, vel eundem, negligendo rubrum, ea-

## 36 DE SVCCSSIONE LEGITIMATORVM

dem libertate; qua alias quaestiones alienas, immiscere. Quod si titulum *II. F. 26.* intueris, vel ad proœmium tantum rubricam spectare, reliquos vero *Sphos* omnes alienas plane quaestiones, plures quoque in feudo successionem nullo modo respicientes, complecti videbis. Hinc nemo sibi tantillum utilitatis ex rubro promittat, praesertim, quia est vilissimum scripturae genus, quo Feudista in iure tradendo usus. Sicut ergo ad 2) in §. *naturales* de tali specie, qua liberis naturalibus defuncti vasalli ab adgnatis, vel domino de successione in feudo lis mota, omnino nihil habetur, sed Feudista thesin ponit, qua liberis naturalibus, eti legimentur, successionem denegat: ita, secundum regulam in thesi traditam, istius generis liberis, nulla post mortem patris defertur successio. Quis sanus ergo iudicauerit, Feudistam de ea visione, qua liberis post mortem patris successio deferatur, quam ipse existente negat, loquitum esse? Quapropter, quum ad 3) regula tradenda, & deterior liberorum naturalium conditio, intuitu successio-  
nis feudalis ipsis non deferendae, describenda esset, nullo ad casum aliquem vel iam existentem, vel exstirum respectu habitu, opus fuit, ut feudista verbo praesentis temporis, *ADMITTVNTVR*, vteretur, sub quo non visiones solum futuras, sed & praesentes comprehendi intellexit. Quae omnia quam maxime evin-  
cunt, verissimam esse *HOTOMANNI* explicationem, liberos naturales, etiamsi *postea*, hoc est, *postquam nati sunt*, sicut legitiini, neque solos, neque cum aliis in feudi succedere. conf. *SONSBECK*, *de feud.* p. 9. n. 72. *LUDWELL* *de success. feud.* cap. *II.* §. 2. p. 169. *RITTERHVS*. *partit. feud.* Lib. *I.* cap. *XIII.* p. m. 170. *HORN.*

Ipr.

Ipr. feud. cap. XV. §. 3. Quibus praestructis prono  
alueo fuit, quod generalitas textus II. F. 26. §. natura-  
les postulet, vt illud de legitimatis per nuptias aequae, ac  
de legitimatis per rescriptum accipiamus. Adeoque in  
tanta claritate ICtos haut exiguae existimationis, qui  
aduersae sententiae patrocinantur, vt talpas caecutire &  
meridiem in die quaerere, merito mireris.

## §. XXI.

Illos, qui contortae Cyriacii interpretationi fidem Rationes quae  
habere dubitant, verum tamen, quod praxis legitimatis <sup>praxim legitimi-</sup>  
per subsequens matrimonium successionem in feudis <sup>matis fauen-</sup>  
concedat, propugnare student, quibus rationibus instru- <sup>tem tueri</sup>  
videntur.  
ctos credideris? Vrget STRYK e. l. §. 27. legitimatos  
per nuptias sanguinem a primo adquirente trahere;  
vitium natuitatis per matrimonium, abunde purgari;  
hinc eos legitime natis in omnibus comparari. Por-  
ro a plerisque doceri solet, nuptias parentum ad  
liberorum natuitatem retrahiri. In primis STRAV-  
ENIUS Inst. iur. publ. Lib. I. Tit. XXIII. §. 4. subtili  
philosophia vtitur, inquiens: legitimatis, quae per  
matrimonium facta est, fundamentum & vera causa  
subest, nempe matrimonium ad tempus natuitatis re-  
tractum, quod, et si post natuitatem interuenire videa-  
tur, tamen hoc potius est declaratio matrimonii iam  
ante contratti, sed hactenus non manifestata. Quae  
philosophia, et si non plane contemnda videatur, si  
concubinatum apud Romanos permisum respicias, qui  
naturale matrimonium tantum, non civile i. e. publice  
ac sollemniter declaratum, fuit: tamen ad stupra, quae  
sublato concubinatu hodie committuntur, ac per ma-

rimonium purgantur, quando stuprator stupratam ducit, profecto non pertinent. Quidquid id fuerit, matrimonium naturaliter ante contractum & postea manifestatum, ex rei natura pro manifestato & sic pro iusto haberi nequit, nisi a tempore manifestationis. Quod si ergo ab eo tempore, quo naturaliter contractum, pro manifestato i. e. iusto, effectus ciuiles producente haberi debet, id sane non, nisi a legis dispositione dependet: quod nihil aliud est, quam ciuilis fictio. Interim caue putes, legitimationem per nuptias vim retractiua secum ferre. Quando lex legitimatis iura liberorum legitimorum tribuit, quod sine retroactionis fictione praestare potest, minus recte infertur, quod lex fingat, tempore nativitatis liberorum matrimonium intervenisse. Verum est, quod ius ciuale liberis naturalibus; ius canonicum aliis extra iustum matrimonium natis, iura legitimorum liberorum tribuant, quando parentum nuptiae sequitae: at falsum, quod haec nuptiae ad tempus nativitatis liberorum ab istis iuribus retrahantur, eoque fictio aliqua quaerenda & statuenda sit. Quod cerebrinum ICtorum inuentum merito castigauit Boe H-  
MER d. T. IV. Lib. IV. Tit. 17. §. 14. sqq.

### §. XXII.

*Quae remo-  
ventur.*

Commode has subtilitates hoc loco praeterimus. Siue enim nuptiae ad tempus nativitatis liberorum ante genitorum retrahantur, siue non; siue hoc fictionem dicas, siue non; siue haec fictio in iure sit fundata, siue non; fatendum, quod ex mente *iuris canonici* vitium nativitatis liberorum per subsequentes nuptias purgetur; quod ex mente *iuris canonici* eiusmodi li-  
beri

beri comparantur liberis legitime natis. Ut iusto libe-  
ralior sim, concedam, quod hi liberi aequae magnas gra-  
tias debeant *iuris ciuilis* dispositioni. An vero *iuris feu-  
dalnis* placita ipsis iura legitimorum liberorum tribuunt?  
An quoque ex mente *iuris feudalnis* liberis legitime na-  
tis comparantur? an ex mente *iuris feudalnis* vitium na-  
tuitatis per nuptias sequutas purgatur? Sola negatione  
tuti fuissimus, quia adserenti, non neganti probatio in-  
cumbit. Sed & negationem nostram abunde probauim-  
us. Nemo negare auder, quod in causis feudalibus  
dispositio *iuris feudalnis* tam ius ciuale, quam canonicum  
vincat. Etsi ergo liberi per nuptias legitimati sangu-  
inem a primo adquirente trahant; et si ex mente *iuris ci-  
uilis* & *canonici* liberis legitime natis in omnibus com-  
parentur: quia tamen *ius feudale* secessum facit, ac istis  
liberis iura legitimorum denegat, nec omnis a primo  
adquirente sanguinem trahens, sed is tantum, qui legiti-  
time natus, ad successionem feudi admittitur, non nisi  
ineptis rationibus munita est praxis, legitimatos per nu-  
ptias liberis legitime natis, quod ad feuda, comparans,  
purgatumque natuitatis vitium fingens, quam alii ad  
sententias, responsa, communem doctorum opinionem,  
immo magis communem, & nescio quo centum inter-  
pretum testimonia studiose prouocantes, fortassis quoque  
buccas magnifice inflantes crepant.

### §. XXIII.

Quid audio? contrarii Germanorum mores ex iu-  
ris romani & canonici principiis profecti, iura feudaliam <sup>An per con-  
trarios Ger-  
manorum mo-  
& antiquos Germanorum mores in potestatem suam red- res legitimata  
egerunt, hodieque liberos per nuptias legitimatos ad successio in  
fuc-feudis quaes-  
ta?</sup>

successionem in feudis admittunt, teste SCHNEIDER o dict. Disp. C. I. §. 14. Credo SCHNEIDERVM hoc confidentius assueraturum fuisse, si forte incidisset in speculum Sueicum c. 374. Hat aber ein Mann eine Frau zu lediglichen Dingen, und hab Kind bey ihr lüzel, oder viel, und nimmt sie darnach zu rechter Ehe, was sie Kind lediglichen mit einander gehabt haben, da sie einander zu der Ehe nehmen, da sind sie alle rechte Ehe-Kind worden, und erben eygen und Lehen von Vater und Mutter, und von andern ihren Fründen, als woll, als die Kind die sie hernach gewonnen, so sie einander zur Ehe genommen han. Adde Spec. Sax. Lib. I. art. 37. Wer mit eines Mannes Weib öffentlich hushret, oder eine Frau oder Jungfrau nothzüchtiget, und sie hernach zur Ehe nimmet, der gewinnet nimmer eheliche Kinder mit ihr. Vbi glossa: Dann ohne das, ob gleich ein Mann oder Frau bey ihm hat zu unredlichen Dingen, oder außerhalb der Ehe, und zeuget Kinder mit ihr, viel oder wenig, wenn er sie darnach zu der Ehe nimpt, wie viel sie der unehelichen Kinder hatten, ehe sie in die Ehe traten, dieselben werden darnach alle ehelich, und erben eygen und Lehen, gleich als wol, als die, so sie darnach in der Ehe gewonnen. Und das ist wieder diesen Text nicht, wer es recht verstehen will. Opus videtur, vt ipse nimium laborem, quo defunctus sum, doleam. Non doleas penna mea, alárius procedas. Mores istos contrarios, qui ius feudale & mores antiquos Germanorum in potestatē suam redigisse dicuntur, cum iactata ab aliis & mox ante impugnata praxi, in auram abire videbis.

§. XXIV.

## §. XXIV.

Conferenti mox patebit, glossam ad d. a. 37. ea. Respondetur  
dem fere continere, quae in d. c. 374. Spec. Sueu. ha. <sup>ad Spec. Sueu.</sup>  
bentur. At neque hic, neque illic de successione legiti- <sup>c. 374. & glos-</sup>  
matorum in feudis agitur. Saltim de successione in allo- <sup>sum ad I. P. S.</sup>  
dio dicta accipio, et si eugen und Lehnen nominetur.  
Quippe passim iure Saxonico & Sueuico per vocem Le-  
hen bona allodialia immobilia denotantur, quod nemo,  
qui textus cum cura legit, in dubium vocabit, atque  
mos loquendi hodiernum vltatus, das Haus in Lehnen neh-  
men, fatis probat. Quodque hoc sensu vox Lehni in cit.  
c. 374. usurpetur, porro probat contextus, quo de suc-  
cessione matris & collateralium agitur, & quia nulla equi-  
tis, Ritteris, mentio sit, vti alias, quando de vasallo ser-  
mo est, fieri solet. Cui accedit, quod, si de feudo tex-  
tum accipias, inter eum & I. F. A. manifesta occurrat  
contrarietas. Et posito, sed non concessso, quod com-  
pilator aequo de successione in feudo, atque in allodio  
intelligendus sit, oppido patet, quod ipse, peregrina iu-  
ris canonici principia compilationi suae inseruerit, quae,  
quum moribus feudalibus Germanorum non responde-  
ant, ista compilatio, quae priuato studio exarata est,  
non maiorem, quam glossatorum & reliquorum iuris in-  
terpretum, iurium peregrinorum, ciuilis & canonici stu-  
dio obcaecatorum, doctrina fidem meretur.

## §. XXV.

Porro contrarii Germanorum mores, qui non nisi te- <sup>Legitimiati</sup>  
simoniis ICtorum, incauta juris ciuilis vel canonici adpli- <sup>per nuptias ad</sup>  
catione, deceptorum nituntur, mox fidem amittunt & di- <sup>successione in</sup>  
F luun. biles reddi.

## 42 DE SVCCESIONE LEGITIMATORVM

non potue-  
runt, ob ius  
tertio que-  
suum.

Iuuntur, si perpendas, quod per eos feudorum dominis, aliisque successoribus, ius ex pacto quaeſitum auferendum fuerit. Fatearis necesse est, quod ſucceſſio feudalis, a conventione inter dominum feudum concedentem & vasallum primum inuestitum pendeat, ac in ea adquietcat. Sicut dominus non plenum feudi dominium in vasallum transfert, sed directum retinet: ita huius rei insignis effectus in eo conſtituit, quo feudum ad dominum, defiſcentibus successoribus, pro quibus conſeſſum eſt, reuertatur. Proinde domino ius ex contractu feudalī competit, non admittendi ad ſuccesionem illum, qui in prima inuestitura non comprehendendit. Vicissim vasallus feudum acquirens, eiusque ſucceſſores, pro quibus conſeſſum, ex eodem contractu ius habent, vi cuius feudo ſine culpa non priuari, nec a ſuccessione vlo modo arceri poſſunt. Arcentur vero, saltim in tantum, si ipſis aliis in prima inuestitura non contentus, nec adeo inter ſucceſſores numerandus, praeferri debet, quod ſubinde ipſis inuitis fieri nequit. Tritiffima & maxime plana haec principia, nemo fanus in dubium vocabit. Ergo ſublumas: Dominus, quo pacto vasallo feudum pro fe & liberis legitime natis concedit, eodem liberos defectu natalium laborantes excludit. Antequam modus per nuptias parentum legitimandi in Germania innotuit, ſine dubio in feudorum confeſſione, ſub liberis legitime natis non intelligebantur ii, qui extra thorum coniugalem ſucepti, & quorum parentes poſtea nuptias contraxerunt. Ergo hos a ſuccessione feudalī remouendi, ſine dubio domino ius ex contractu quaeſitum competiit, ante legitimationis vſum in

in Germania receptum. Quae ratio non minus aliorum in feudis successorum fuit. Iam propugno, quod, eti legibus & moribus per contrarias leges vel consuetudines derogari queat, non tamen ius alteri ex pacto quae situm, ipsi inuito per legem vel consuetudinem, in alterius priuati vtilitatem, auferri possit. Quae ratio sicuti prohibuit, ne doctrina de legitimatione ad seu da iam existentia produceretur: ita quoque impedituit, ne ad feuda ex post facto contracta, siue data siue ob lata, extendi potuerit, quia haec, secundum legem seu dorum huc vsque frequentatam, contrahere moris fuit.

### §. XXVI.

Fere nemo amplius dubitat, quod legitimatio per *Et ob quas* rescriptum principis tantae efficacie non sit, vt legiti rationes legi matus, eti cum patris consensu omni modo liberis legitimatio per rescriptum, gitime natis comparatus sit, habiles fiat ad successio principis, ius nem in feudo paterno vel materno, in praeiudicium do cedendi nov mini & agnatorum, vel simultanee inuestitorum, qui tribuit, non consenserunt, consequendam. Quamuis enim princeps diserte ius in feudis succedendi concesserit, non tamen ille admittitur, nisi in feudo, quod ab ipso principe immediate concessum, &, si nulli adsunt ad gnati. HORN. Iprud. feud. cap. XV. §. 3. STRVV. Syntagm. iur. feud. cap. IX. ib. 3. n. 9. Vnde RY PERTVS, quando in diplomate a SCHILTERO I. F. A. p. m. 229. adducto, quoad feuda legitimat, non sine causa addit: *quae de voluntate dominorum, a quibus deriuantur, poteris obtainere.* Visne rationem scire? Dicam. Quia talis in inuestitura non contine

## 44 DE SVCCESIONE LEGITIMATORVM

tur, nec feudum pro ipso concessum & adquisitum est. Licet enim a primo adquirente sanguinem trahat; et si vi rescripti liberis legitime natis aequiparetur: non tamen, vi primae feudi concessionis & acquisitionis, ad liberos legitime natos pertinet & sub iis comprehenditur. Quum ergo, qui legitimat, tenori conuentionis feudalis non derogare, alium successorem, quam pro quo feudum adquisitum, non obtrudere, nec aliis successoribus praiejudicium inferre possit, legitimatus, contradicente licet rescripto, a feudi successione excluditur. Plane eadem ratio prohibet, ne per legem vel consuetudinem, legitimatis per nuptias iura liberorum legitime natorum tribuentem, domino vel agnatis, ratione successionis in feudo, praiejudicium inferatur, nisi doctrinam iuris beneficiarii non cohaerentem audeas profiteri. Nam et si hic ex STRAVCHIO, quem §. XXI. excitaui, diuersitatis rationem in eo quaeras, quod legitimati per rescriptum mera fictione, puta principis legitimantis, nitantur, quum e contrario legitimati per nuptias veram causam, nempe matrimonium ad tempus nativitatis retractum, habeant: nemo tamen negare ausit, quod sine legis dispositione matrimonium retractum concipi nequeat, neque hoc effectum deferendae successionis in feudo producere possit, nisi lex vel consuetudo eum concedat. Quae domino & agnatis in feudo ius suum non magis, quam principis legitimatio, ob easdem plane rationes eripere potest.

§. XXVII.

## §. XXVII.

Quod quum viderit I T T E R V S de feud. imp. cap. Notatur Itet.  
 XIV. §. 6. ex praeconcepta opinione, quod legitimatis  
 per nuptias successio in feudis competat, legitimatio-  
 per rescriptum eundem effectum indulgere non dubi-  
 tavit, quod ea in praecuidicium adgnatorum fieri posset.  
 Quem errorem vt defenderet, in alium dilapsus est, ad locum relin-  
 ferendo, quod agnatis viuo vasallo ius perfectum in feu-  
 do non competit, sed imperfectum & fortuitis rerum  
 casibus obnoxium, quia, si contingat liberos vasallo  
 ex legitimo matrimonio nasci, adgnatis absque omni  
 controversia ad successionem feudalem praeclusus est  
 aditus, tunc demum recludendus, ubi nullus omnino  
 fuerit, qui eos proximitate antecesserit. Insto, quia  
 contingere potest, adgnatos & eorum descendentes de-  
 fungi, antequam linea vasalli alienantis deficit: ergo  
 princeps dominus directus, alienationem feudi a vasallo  
 sine adgnatorum consensu factam confirmare, eoque ef-  
 ficere potest, vt adgnati vel eorum descendentes, linea  
 vasalli alienantis extincta, superstites, alienationem fo-  
 lo domini consensu minutam impugnare non possint;  
 quia ipsorum ius tempore alienationis, quippe fortuitis  
 eventibus obnoxium, imperfectum fuit, quod adeo fa-  
 cto principis tum auferri, vel intercipi poterat. Poste-  
 rius hoc sine omni controversia falsum est: ergo & prius,  
 Cuius falsitas per alias instantias maxime planas, in  
 continent demonstrari potest. Confundit ergo graui-  
 ter ITTERVS iuris essentiam cum eius executione. Ius  
 agnatorum perinde, ac domini directi, quoad essentiam  
 plus quam perfectum est, executio saltem imperfecta.

46 DE SVCCESIONE LEGITIMATORVM

Scilicet, et si incertum sit, an adgnati aliquando ius succedendi in feudo exercere possint, quia contingere potest, ipsos cum descendantibus ante successionem delatam naturae debitum reddere, tamen ipsum ius, in spe, vasallo cum descendantibus legitime natis exstinctis, succedendi, nullo modo interuerenda consistens, certissimum & maxime perfectum est. Vnde rectius ab alienatione feudi in praeciducium adgnatorum, qui non consenserunt, non subsistente, ad legitimationem per nuptias vel rescriptum factam, in praeciducium adgnatorum successionalis feudalnis effectu carentem, infertur. Dum enim feudum ad alium successorem in prima uestitura non contentum deuoluitur, quid hoc aliud, quam feudi alienatio. Nec saltim in improbanda legitimatorum in feudis successione, ad ius adgnatorum, sed vel maxime etiam ad ius domini attendendum est. Ut adeo demirer, acutum TITIVM iure feud. Germ. Cap. XXI. §. 12. a partibus ITTERI stare.

§. XXVIII.

*Non putan-  
dum, quod ii-  
dominorum, aliorumque successorum feudalium ex con-  
quorum inter-  
fuit, legitima-  
tractu, impediuisse, ne legitimati per nuptias succe-  
sos a feidis  
fionis feudalnis participes fierent: quia tamen quilibet fa-  
uori suo renunciare potest, fortassis factum, vt ipsi do-  
mini & reliqui, quorum in feudis interfuerit, ius vetus  
desererent. Quo pacto dissentientes, qui in fauorem  
legitimitorum per nuptias tot auctoritates, tot pre-  
cudicia clamant, nobis campo deiectis, plane superio-  
res videbuntur. Non possumus non, quia ipsi, quo  
con-*

contentum nostrum generosiores sentiant, tela contra nos ipsos suppeditemus. Scilicet virgere posunt, quod mores Germanorum legitimatis per nuptias aduersi, aequae in desuetudinem abire potuerint, ac illi, qui quondam natos ex inaequalibus nobilium coniugis, a dignitate & successione in feudis prohibuerunt. Regerere liceat, non videndum, quid fieri potuerit, sed quid factum, vel saltem factum credendum sit. Iam supra §. XIV. enodauimus caussas, quae nobiles cogerunt, ut ob aliud interest tantisper antiquae consuetudini valedicerent: qua ratione ipsis haut difficile fuit, dominos directos in consensum arripere. Enim vero, quo minus legitimati per nuptias successione feudali digni iudicarentur, insitum & implantatum illud Germanis in impuros concubitus odium; natius ipsorum ambitio in custodientis matrimonii seueris, & conseruanda natalium integritate, cui minus per coniugia inaequalia, quam per legitimatis usum praeiudicari intellexerunt; concurrens aliorum in feudis succedere ambientium interesse; denique haec omnia adiuuans & sustinens iuris langobardici dispositio, magis omnino prohibuisse censentur. Quodque Teutones mei aduersam consuetudinem inualescere non sint passi, satis superque ex tot sententiis, ad quas dissentientes prouocare solent, adparet. Quae etsi pro legitimatis latae sint, simul tamen docent, quod reclamantibus & contradicentibus partibus laesis sint latae. Reiterata haec eorum, quorum interfuit, contradictione sane prohibuit, ne praxis, quae inconsultis & imperitis iudicibus in acceptis referenda, contrarios Germanorum mores generare potuerit.

## §. XIX.

Sapientia or-  
dinacionis D.  
Mauriti, de  
excludendis  
per nuptias  
legitimatis a  
successione  
feudali, praed-  
icatur.

Ex quibus insignis nonnullorum Germaniae prin-  
cipium elucet sapientia, qui antiquos Germaniae mores,  
iisque respondentia iuris langobardici placita, singula-  
ribus constitutionibus firmare dignati. Qua in re, vt  
alias Germaniae prouincias taceam, exstat in electoralii  
Saxonia Diui M A V R I T I I ordinatio politica de a. 1543. Tit.  
vom denen aus der Ritterschafft, welche Kinder außer der  
Ehe zeugen, und ihr Lehn-Guth auf sie erben wollen, con-  
stituens: Blewohl wir denen von der Ritterschafft, oder  
andern unsern Lehn-Leuten, die Ehe mit den Personen, mit  
welchen sie vor der Ehe Kinder gezeuget, nicht verbiehen;  
so wollen wir doch hinsürder auf Ansuchen und Bitte, so  
mehrmahls durch unsere Landschafft, und den grossen Aus-  
schluß derselben, unerthänglich vorgewandt, keinen un-  
sern Lehmann derer Kinder halber anders, denn vor sich  
und seine eheliche gebohrne Leibes-Lehns-Erben, beleihen.  
Cod. Aug. T. I. p. 10. Et idem elector MAVRITIUS cum  
fratre AVGVSTO eadem repetit im Ausschreiben de Ao.  
1552. his verbis: So beleihen wir hinsürder unsre Lehn-  
Leute, und mit ihnen keine andre, denn ihre männliche ehe-  
liche gebohrne Leibes-Lehns-Erben. d. I. p. 32. Expressis  
itaque verbis excluduntur ab electore legitimati per nu-  
ptias, & explicatur, quos clausula ista: Vor sich und sei-  
ne eheliche gebohrne Leibes-Lehns-Erben, quae in omni-  
bus fere inuenitur inuestiturarum litteris, comprehen-  
dat. Conueniunt in eo ICti Saxonici, quod verba ad-  
ducta nulla omnino laborent obscuritate, &, quod secun-  
dum ea arcendi utique sint legitimati a successione in  
feudis. conf. HARTM. PISTOR. Part. II. Qu. XLI.  
Hinc

Hinc tuo committo iudicio, an non temeritatis accusandi, qui seueram hanc & piorum maiorum genio, perinde ac vetustissimis Germaniae iuribus, optime respondentem constitutionem, inter iura obsoleta referre conantur. Eorum vero simplicitas magis commiseratione digna, quam exaggeranda, qui huiusmodi constitutio ni salua conscientia morem geri non posse, serio doce re non erubescunt, oblii deuotionis, quam ICti legibus a summa potestate sibi praescriptis debent, oblii quoque regalae, quam AVGVSTINV S libro de vera religione commendat: *postquam leges latae sunt, iudici non de ipsis, sed secundum ipsis iudicare licebit.* Interim sicuti, quod potissimum vetustioribus temporibus euenit, discentes in antecessorum sententias fere iuraue runt, praesertim, quando hi, quasi plenaria auctoritate pollentes, praxin, instar empiricorum, proclamarunt: ita non adeo mirandum, quando iudices, vna alteraque visione exsurgente, in sententiis suis dictam constitutionem, aequa ac vetusta Germaniae iura, neglexerunt. Ii vero, qui summis principibus a consiliis, vt & iudices, qui in detrimentum principis, vel aliis domini directi & eorum, quibus alias successio feudal is adiudicanda fuerit, legitimatos per nuptias feudorum participes effecerunt, videant, quas rationes summis principibus, aliisque partibus laesis reddant.

50 DE SUCCESSIONE LEGITIMATORVM

§. XXX.

*Quam maxime in feudis imperii legitimatis per nuptias, a successione arcetur.* Quo magis illustres antiquum morem, respectu in aequalium coniugiorum retinuerunt. vid §. XII. eo magis fane ius pristinum, excludendi legitimatos per nuptias a successione in feudis imperii, in perpetuo vigore conseruatum esse, firmiter sum persuasus. Ipsi, qui

acres aduersae sententiae defensores existunt, praxia hic non consentaneam esse testantur. Adserit I T T E R V S d. Cap. XIV. §. 2. per aetatem adhuc experientia destitutus, ex M Y N S I N G E R O aliisque, admissos fuisse in camera legitimatos per subsequens matrimonium. Quod si autem M Y N S I N G E R V M Cent. V. O. XLII. n. 2. euolueris, non tam praecidicium quoddam came- rae ibi inuenies, quam magnam molem doctorum in ista sententia haerentium. Testatur G A I L I V S Lib. II. O. CXLI. n. 2. in visione quadam pro legitimato iudicatum esse, minus vero adserere audet, quod haec sententia sit in imperio recepta. Imo vero vna hirundo volitans vernum tempus non insinuat, vel aperit, nec ICtorum sententiae solida ratione destitutae consuetudinem, vel ius imperii efficiunt. Magis ergo credendum doctissimo R H E T I O Diff. de transmiss. territ. Germ. cap. 2. n. 35. & Inst. iur. publ. Lib. I. Tit. XX. §. 9. qui usu iuris publici inualuisse pronunciat, quod naturales libe-

ri,

ri, sive per principale rescriptum, sive per subsequens matrimonium legitimati, neque ad feuda regalia, neque ad noti regalia admittantur. Et cui ignotum est, quam acriter ordines prouinciales contradixerint, quum ALBERTVS DEGENER, Marchio Misniae, plebeiae fortis feminam, Cunigundam Eysenberg, sibi matrimonio iungeret, nec non filium APITIVM, quem illa ante enixa erat, hoc pacto legitimatum diceret? *vid. FABRICIUS Origin. Saxon. Lib. VI. p. 594.* Eo minus illi, qui legitimato per nuptias ius primogeniturae indulgent, in praeiudicium filii, qui ante legitimationem in iusto matrimonio primo loco natus est, aplausum merentur. Nam et si in feudis imperii regalibus legitimatio per nuptias effectum successionis produceret: non tamen effectum, ius primogeniturae alteri iam quaesitum auferendi, producere posset. Nec dubites, ius primogeniturae liberis a natuitate competere & adquiri, et si demum post mortem patris pleno effectu gaudeat. Quod vel inde patet, quia filius ante patrem moriens, ius primogeniturae, quod iam nactus est, ad descendentes suos transmittit, excluso fratre secundo genito. *Conf. TITIUS Iur. priu. L. I. c. IX. §. 22. 24.*

### §. XXXI.

Denique feuda rustica ad illum statum, quo hodie summo iure gaudent, demum post iuris langobardici receptionem, nec quoad rusticā feudalē progitinatio per

52 DE SVCESS. LEGIT. PER NVPTIAS ETC.

nuptias utilitatem praefiat. producta esse, supra obseruauimus. Quum ergo ius langobardicum in successione feudali generatim legitimam nativitatem requirat, nec inter feuda plebeia & nobilia distinguat, non dubitamus adserere, quod in his quoque legitimatis per nuptias successio denegari debat.

Quamuis hic mitius processum iri credendum, quia eiusmodi feuda lenioris momenti, & oneribus servitiisque satis grauata esse solent. Reliquas quaestiones in hoc argumento obuias consulto tacemus, quia nostrum non est, patrum canonizatorum, aliorumque industria superbire, sed in utilitatem rei publicae meditari, & potissimum ingenua principia candidi lectoris iudicio committere, ex quibus aliarum caussarum decisiones sponte

flunt, nec non ab eo, qui sana ratione fruitur, facilius negotio percipiuntur.

**T A N T U M.**




Leipzig, Diss; 1734

f

5b,




VD 18



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-790430-p0066-1

DFG



B.I.G.

1734, 24. 280  
IO IVRIDICA

E

# MISSIONE ATORVM

VPTIAS  
N FEVDIS

ONSENSV

RVM LIPSIENSIVM

INIS

S I D E

EDO BAVERO, IC TO  
TORVM EXAMINI

R. CICIOCCXXXIV.

ITTIT

T O R

IVS HOLDERRIEDER  
TRENSIS.

---

SIAE

S LANGENHEMIIS.

68.